DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA
DE
ENTOZOIS HOMINIS

QUAM CONSENSU, ET AUCTORITATE

MAGNIFICI DOMINI PRAESIDIS
ET DIRECTORIS

SPECTABILIS DOMINI DECANI

NEC NON

CLARISSIMORUM D. D. PROFESSORUM

PRO

DOCTORIS MEDICINAE LAUREA

RITE OBTINENDA IN ALMA AC CELEBERRIMA REGIA SCIENTIARUM
UNIVERSITATE HUNGARICA PUBLICAE DISQUISITIONI SUBMITTIT

Franciscus Julius Groeber

HUNGARUS VERSCHETZINO TEMESIENSIS

Theses adnexae publice defendentur in Palatio R. S. Universitatis die Octobris 1842.

BUDAE,

TYPIS REGIAE UNIVERSITATIS HUNGARICAE.

Der Asche der innigstgeliebten Eltern widmet diese Blä ehrfurchtsvoll

der

Dankbare Sohn.

Introductio.

Entozoa vocantur illa animalcula, quae in internis
orporis animalis partibus nidulantur, generantur,
ultiplicantur, et sustentantur, quae ex corpore vivo
ut ejecta, aut animali, quod inhabitarunt vita priva-
, citius, aut tardius moriuntur.

Objectum profundae meditationis maximorum na-
rae Scrutatorum, nec non eximiorum medicorum a
nge sistebat origo vermium Entozoorum. Multum de
is disputatum, et scriptum, multae hypotheses inge-
ose quidem excogitatae, de eorum genesi statueban-
r; nulla tamen omnibus satisfecit.

Nonnulli cum Linneo asserunt: vermes in corpo-
generari ex ovulis, aut larvis eorum, cum aqua,
imentis in ventriculum deferri, et in corpore animali
ein magis evolvi; interim disquisitiones imprimis á
udolphi, et Bremser susceptae docent, vermes tales,
ales in organismo animali vivo nidulantur, nec in aquis,
ec in terra unquam fuisse repertos. — Alii asserebant,
ntozoa generari in animalibus minus perfectis, uti: pis-
bus, reptilibus etc. atque eos cum alimentis in tu-
um cibarium deferri, et ibi ulterius evolvi. — Vermes
uidem humani, vermibus aliorum animalium analogi
unt, fabrica tamen organica multum distincti, et ver-

non sulum in tubo intestinali, sed et in musculis, tex
celluso, visceribus, cerebro deteguntur; entozoa pr
in non alia ratione, quam generatione aequivoca
corpore humano oriri quam opinionem jam Aristotel
depromsit, et Rudolphi, ac Bremser multis defende
argumentis. Contingit nempe mutatio peculiaris sive
liquidis secretis textus cellulosi, sive visceris cuiu
dam, imprimis tubi intestinalis, qua praesente gen
rantur vermes qui dein coitu foecundo speciem sua
propagant; quod vero enthelminta coitus capacia sint
demonstrat; 1. praesentia organorum genitalium, qua
sicut in aliis, ita et in his animalibus speciei multipli
cationi inservire debent. 2. Docent id accuratissim
celleberimorum naturae scrutatorum experimenta, qui
bus compertum, entozoa coitum celebrare, ut vider
licet in Musaeo C. R. Viennensi praeparatum, coitum
duorum entozoorum sistens. —

Entozoa coloris sunt utplurimum alblicantis, au
pallidi, paucissima rubri, motu voluntario gaudent,
quem ope apparatns muscularis perficiunt, qui duplex
stratum musculare, fibris longitudinalibus et circularibus
constans refert; et quidem fibrae longitudinales, a
capite usque ad caudam extenduntur et in 4 fasciculos
collectae, motui principaliter inserviunt, fibrae circu-
lares sub angulo recto directionem fibrarum longitudi-
nalium secant, et ovulis, prolibus et foecibus expel-
lendis dicatae sunt, tota proin cutis ut simplex mu-
sculus, aut species sacci carnosi, viscera oeconomiae
animali dicata tenentis, considerari potest. Apparatu
maxillari carent, caput e contra (demtis paucis) duo-
bus, aut tribus hamulis in coronam simplicem duplicem
aut triplicem dispositis, providetur, quorum ope prae-
dae se adfigentes, nutrimentum absorbent, in pluribus

iis vermibus conspiciuntur loco oris una, vel plures ipillae, quae ad lubitum animalis iam porriguntur, iam trahuntur, quibus materiam nutritiam absorbent; nuuntur porro per cutim, ut observationes celleberrimi udolphi et Treutler docent. Pabulum hauriunt ex humoous animalium, quae inhabitant, instar parasitorum. umor nutritius, qui pro diversitate animalis coloris iam bi, iam rubri est, in apparatu digestorio praeparass, e vase longitudinali infra tubum intestinalem sito, r totum corporis animalis ambitum circumfertur. — espirant oxygenium, et quidem non ex aëre athmosaerico, sed prout foetus in utero, ex humoribus ornismi viventis, quod incolunt, oxydatis; quod vero iipsa oxygenium respirent, et aliud gas respirare neeant, patet exinde, quod entozoum, gas azoo imersum, spatio paucorum minutorum vita privetur. — ıthelminta nervis provisa esse, sedula helmintholoorum observatio, extra omne collocavit dubium; sic oxyure vermiculari, et trichocephalo detecta sunt, amenta nervea in parte oesophagi inferiore inter se ncta ganglia quadrata in se complexa usque caudam tensa, efformantia, in vermibus vesicularibus diraationes nervosae nullum sequentes ordinem sub sectiie anatomica oculis sesistunt. —

Divisio Entozoorum.

Primus, qui rectae entozoa classificationi subjecit, fuit Zeder, quam Anno 1800 Goeze in suo opere promulgavit; hanc Rudolphi et Bremser, paucis solum modificationibus institutis, secuti, Entozoa in familias quinque divisere:

Familia I. Entozoa Nematoidea, seu Vermes filiformes: corpore elongato, cylindrico, tenuissime anulato, elastico.

I. Genus. Filiaria: corpus teres elasticum, subaequale longissimum, oris apertura orbicularis minima, genitale masculum ante apicem caudae (rarissime exertum) teretiusculum, breve. Species homini propria est:

Filaria Medinensis: corpore longissimo tenuissimo, margine oris tumido, caudae acumine inflexo; telam collulosam cutaneam cumprimis ad malleolos in Syria, Arabia, Aegypto inhabitat, hic peculiari operatione excipitur. Operatores in oriente Loca invisentes, hominibus verme hoc affectis sic succurrunt: Cute in loco domicilii vermis (quod experti libero oculo distinguere valent) incisa, vermiculum aliquantum protrahunt, eumque cylindro tenui firmant, subsequa die cylinder modicum volvitur, quod eousque repetitur, donec vermis ex toto domicilio suo spoliatur.

II. Genus. Hamularia: corpus teres, elasticum, subaequale, oris tentacula duo filiformia. Species in homine occurrens est:

Hamularia subcompressa: antice attenuata, in glandulis bronchiorum, eorumque vasis absorbentibus inventa.

III. Genus. Trichocephalus: corpus teres, rte antica capillari os orbiculare. Species, hominis testina, praecipue coecum et colon inhabitans est:

Tricocephalus dispar: parte capillari ngissima, capite acuto indistincto, corpore maris iiraliter involuto, feminae subrecto, vagina penis ovata.

IV. Genus. Ascaris: corpus teres, utrinque tenuatum, caput trivalve. Huius generis species ae hominis intestina, infestant, Ascaris scilicet mbricoides, et Ascaris, seu Oxyuris ermicularis. Prior gaudet corpore utrinque qualiter attenuato, utrinque sulcato, cauda obtusicula, frequentissimus intestinorum tenuium incola, quibus interdum longa percurrit itinera, uti: supera versus, ductum pancreaticum, choledochum, sicam felleam, ventriculum, oesophagum; inferiora rsus, non renitente valvula coli, anum, rependo, tingit. — Posterior intest: crassi, recti cumpriis tenera aetate, sed et adulta, hospes, distinguir: capitis obtusi membrana laterali utrinque vesicuri, cauda maris spirali, obtusa, foeminae subulata, cta. In teneris puellis nonnunquam vermis hic in nitalia externa, uretram serpit, pruritum molestum, eciem albi fluoris provocat, et haud raro ad Onaam invitat. —

V. Genus. Strongylus: Copus teres, elaicum, utrinque attenuatum, os orbiculare, vel anulatum, apex caudae masculae terminatus bursa pem emittente. Species frequentissime canes, boves, pos, rarius hominis renes inhabitans est:

Strongylus Gigas: capite obtuso, ore papillis sex planiusculis cincto, bursa maris integra truncata, cauda foeminae rotundata.

Familia II. Entozoa Acantocephala, seu Vermes capite uncinnato, corpore teretiusculo, utriculari, subelastico, proboscide seriatim uncinnato retractili. In corpore humano necdum detecti.

Familia III. Entozoa Trematoda seu Vermes sugentes, corpore depresso, vel teretiusculo, molli, poris suctoriis. —

I. Genus. Distoma: corpus molle, depressum vel teretiusculum, porus anticus, et centralis solitarius. Species cystidem felleam, et ductus biliferos incolens est:

Distoma hepaticum: corpus obovatum, planum, collo subconico, brevissimo, poris orbicularibus, ventrali majore.

II. Genus. Polystoma: corpus molle depressum, aut teretiusculum, pori antici complures. Species semel in tuberculo celluloso ovarii detecta a Treutler est:

Polystoma pinguicola: corpus depressum oblongum, laeve, antice truncatum, postice acuminatum, poris sex anticis lunatim positis.

Familia IV. Entozoa cestoidea, seu vermes taeniformes: corpore elogato depresso molli, continuo, vel articulato, capite paucissimorum simpliciter labiato, reliquorum bothriis, vel osculis suctoriis duodus, aut quatuor instructo, omnibus individuis Androgynis.

I. Genus Botriocephalus; corpus elogatum, depressum articulatum, caput subtetragonum,

bothriis duobus aut quatuor oppositis. Species huius est.

Botriocephalus latus, seu Taenia lata: capite obtuso, collo nullo, articulis anticis rugaeformibus, insequentibus pluribus brevibus, sub quadratis, latioribus, ultimis longiusculis. Incolit intestina humana praecipue Helvetorum, Russorum, Gallorum, rarissime aliorum populorum. Boerhave affirmat vermem similem tercentarum ulnarum longum ex Russo quodam per se expulsum fuisse.

II. Genus Taenia: corpore elongato, depresso, articulato, osculis capitis quatuor suctoriis. Species huius in Germania et Hungaria, intestina hominum inhabitans, frequentissima est:

Taenia solium, capite subhaemisphaerico, discreto, rostello obtuso, collo antrorsum increscente, articulis anticis brevissimis, insequentibus subquadratis, reliquis oblongis, omnibus obtusiusculis, foraminibus marginalibus vage alternis. Nulli hic vermis aetati parcit, nec foetui in utero, ab ipso Hippocrate in sene Octuagenario observatus fuit, foemineo in sexu longe frequentior. Utraque species vermis ob insignem ad quam increscit magnitudinem, et ob ingentem qua pollet reproductionis vim, celebris.

Familia V. Entozoa cystica, seu Vermes vesiculares, plerumque rugosi, intus cavi, capitis corona uncinata, cystide inclusi, corpore in vesicam caudalem desinente, vel vesicae adhaerente.

I. Genus. Cysticercus· corpus teretiusculum vel depressum, rugosum, in vesicam caudalem desinens, caput osculis suctoriis quatuor, rostelloque uncinato, instructum. Species in homine vulgaris est:

C y s t i c e r c u s c e l l u l o s a e, capite tetragono, rostello terete uncinnato, collo brevissimo, antrorsum increscente, corpore cylindrico longiore, rugosissimo, articulos mentiente, vesica caudali ellyptica, transversa. In musculorum, et cerebri humani contextu celluloso nidulans.

II. G e n u s. E c h i n o c o c c u s: corpus subglobosum, vel obovatum, laeve, caput uncinnulis coronatum. Species:

E c h i n o c o c c u s h o m i n i s, corpus subglobosum, vel obovatum, laeve, caput uncinulis coronatum; vermiculi punctiformes hydatidis superficiei internae insidentes, frequentius in hominis hepate, sed et in aliis quoque partibus domicilium figunt.

Symptomata, quae vermes producere solent.

Entozoa visceralia organa in quibus resident idiopathice irritant, irritatio haec diutius durans, inflammationem cum suis exitibus, dolores, turbas in se- et excretionibus organorum, quae inhabitant, provocant; sympathice cardialgiam, gastralgiam, enteralgiam, dyspepsiam, febrim excitant. Distoma quidem hepaticum excitat, hepatalgiam, icterum. Echinococcus excitat in cerebro cephaleas vehementissimas. D i a g n o s i s tamen vermium visceralium est admodum difficilis, cum symptomata pathologica, paulo ante commemorata, et per alias adfectiones organorum produci valeant. — Vermes intestinales signis tum idiopathicis, tum sympathicis provocandis pares sunt, et quidem idiopathice intestina irritant, inflammant, inflammatione saepe in suppurationem abeunte, abscessus

oritur, qui infelici modo in cavum abdominis apertus, laethalis evadit. Porro: per intestina rependo anomalias in motu illorum, non raro excitant, quo fit, ut motu intestinorum peristaltico aucto, diarrhoea, dissenteria cum molesto tenesmo oriatur; motu e contra intestinorum et ventriculi Antiperistaltico accelerato, vomitum in hyperemesim abeuntem gignere queunt. — Secretiones in intestinis pervertunt, imo perforationes tractus intestinalis per hospites infensos haud raro induci, observationes celleberrimorum virorum testantur. Humores pro nutritione idoneos organismo detrahendo famem morbosam bulimum, Kynorexiam cum animi deliquiis inducunt; sympathice provocant turbas in vita animali innumeras, et quidem: systema nervosum lacessendo, dolores, hallucinationes sensuum externorum, mydriasim, amblyopiam, amaurosim; gustum, olfactum perversum, imo abolitum, Baryaecoiam, cophosim, cephaleam, vertiginem, cum sussurru aurium, morositatem, sub somno, pavores, somnambulismum, stridorem dentium; imo aphoniam gignere valent, facies est iam pallida, iam rubescens, iam plumbeo rubescentis coloris, annulo livido cincti. Systema musculosum stimulo peregrino afficiendo, spasmos iam clonicos, uti convulsiones, epilepsiam. iam tonicos, uti rigorem artuum, trismum, imo tetanum sub diversis formis generant. Nec vitam vegetativam intactam reliquunt. Linqua est impura, foetor oris specificus, saliva maiori quantitate in ore accumulatur, appetitus variabilis, nunc prostratus nunc in famem morbosam auctus, erga cibos farinaceos non raro directus. Observatur non raro tussis frequens, sicca. titillatio, anxietas praecordialis, dolores punctorii, pleuritidem mentientes, palpitatio cordis, abdomen meteorice in-

flatum, alvus mucosa, foetens, striis sanquineis mixta, urina jam limpida, iam sedimentum ponens, turbae in evacuatione urinae, uti dyschuria, stranguria, ischuria, ex vulva et vagina stillicidium mucosum, acre, partes vicinas irritans, inflamans, excorians; denique et fluxus menstruus anomalias experitur ita, ut jam praecox, jam serotinus, jam suppressus, jam profusus, jam parcus, jam vicarius reddatur.

Therapia.

Hanc nonnisi contra vermes intestinales dirigigimus, ob diagnosim vermium visceralium nos latentem. Remedia contra vermes intestinales duplicia adhibentur: evacuantia scilicet (emetica et purgantia) et vermes enecantia. Ex evacuantibus emetica signis saburrae in ventriculo haerentis, et sursum versus turgescentis, praesentibus, absente nota inflammantoria indicantur. Frequentius ob symptomata saburrae verminosae in tubo intestinali haerentis purgantia in auxilium trahuntur, et quidem spasmis, doloribus praesentibus oleosa, cumprimis oleum ricini, prosunt; doloribus vero spasmisque ac inflammatione absentibus, cum tubus intestinalis muco copioso spisso obductus sit, purgantia salina, uti: sulphas magnesiae, sodae, lixivae bono cum effectu adhibentur, ita quidem, ut testante Reinlein horum ope non solum vermes teretes, sed et lati feliciter expulsi sint. Status tubi intestinalis torpidior purgantia drastica, jam mitiora, uti radicem Rhei, Jalappae, folia Sennae, jam fortiora, uti: aloe, oleum crotonis tiglii exposcit. Maximam sibi laudem e purgantibus drasticis

meruit Jalappa, ob principium resinosum, imprimis in connubio cum calomela. —

Remediis evacuantibus sine fructu in auxilium vocatis, remedia stricte anthelmintica, seu enecantia non mediocrem praestant utilitatem, talia sunt: a) Aqua frigida, forma clysmatis intestino recto injecta, in qua vermes rigescunt et emoriuntur. b) Radix dauci carottae, allium, cepa, illud partim forma cibi, cum carne et pane, vel lacti incoctum hauritur, aut ut clysma applicatur, his insufficientibus maximam laudem sibi meruerunt c) semina Santonici, herba et flores tanaceti imprimis contra vermes teretes, et quidem juxta Störck sequenti formula:

Rp. Seminum Santonici
drachmas duas.
Pulv. radicis Valer.
drachm. unam
— — Jalappae
Arcani duplicati
aa drachm. semis.
Oxymel. Scillae q. s. ut f. electuarium.

D. S. Omni tertia vel quarta hora cochleari coff. summatur; non raro infantes et pueri electuarium hoc difficulter sumunt, tunc exhibetur pulveris seminum Sanctonici Scrupulus semis mane et vesperi, et quidem forma pulveris cum sacharo, vel cum mele despumato, vel rosarum, aut syrupo quodam grato.

Difficilior est cura vermium latorum, qui saepe pharmacis supradictis quidem expelluntur, ast in longe pluribus casibus alia exposcunt pharmaca, qualia sunt: Radix polypodii filicis maris, principio peculiari, acri resinoso agens, diversa methodo adhiberi solita, quarum efficax et simplex est ab Odier proposita: Aegro

aliquot diebus per victum tenuem praeparato, mane jejuno stomacho exhibentur pulveris polypodii filicis maris drachmae tres, in aqua florum tiliae, si eas vomitu rejiceret, eadem dosis mox repetitur, post duas autem horas, summit aeger Olei ricini r. pr. Unc. tres; non raro unica dosis suffecit ad vermem expellendum, quod si non contigerit 2-o 3-ove die medicina rursum repetitur. Facilior est methodus a Bourdier laudata; aegro per tres, quatuorve dies victu tenui praeparato, praescribitur decoctum saturatum radicis polypodii filicis maris ex uncia una ad Colaturam unciarum octo, cum aetheris vitrioli drachma una, summat aeger omni 2 hora duobus cochlearibus cibariis. Non raro post 12 horas sentit aeger in abdomine motum vermis, vel tormina aliqua: tunc exhibetur eidem olei ricini uncia una usque duae donec alvi evacuationes productae fuerint. Vermis in intestino tenui residens, methodo hac facile expellitur, difficilius e contra in intestino crasso nidulans, tunc debet remedium idem per 2—3 dies repeti, et statim altera die simul clysma ex Decocto saturato radicis polypodii cum aetheris vitrioli drachm. duabus exhiberi, post, cuius actionem sequitur 1-o evacuatio excrementorum, dein muci, et tandem vermis, non raro jam corrupti. Bremser commendat Oleum dest: Chaberti, ita, ut aeger per unam, alteramve septimanam summat Electuarium Anthelminticum Störkii, et dein ex Oleo Chaberti mane, et Vesperi uno cochleari coffeaceo, quae dosis, si vertiginem, et cephaleam provocaret, imminuatur; continuatur dein usus remedii per 10—12 dies, donec absumptae fuerint Olei Chaberti Unc. duae usque tres, quo facto uno die usus remedii intermittitur,

et exhibetur purgans e pulveris radicis jalappae, foliorum Sennae,, Arcani duplicati aa drach. semis, divid. in tres partes aequales, Sign. Omni 3-a hora unus pulvis sumatur, postea continuatur usus Olei Chaberti, donec vermis expulsus fuerit. Medicinae huius ingratae usus tollerabilis redditur per id, quod aegri non sint, adstricti diaetae tenui. Remediis nunc contra vermes latos commendatis, palmam eripuit. Cortex punicae granatorum, sequenti formula exhibitus; Rp. Corticis punicae granati Unc. j. macerentur in aquae fontis libris duabus per 24 horas, dein coque ad remanentiam librae unius, colaturam da, signa mane jejuno stomacho ad tres vices absumatur.

Theses defendendae.

1. Medicus est homo omnium populorum, omnium temporum, alibi alia jura, alii mores; sed medicina eadem.
2. Vis naturae medicatrix necessitatem medicinae non subvertit.
3. Hydrargyri etiam mitissimum praeparatum est semper remedium heroicum.
4. Non aetas, sed judicium facit medicum.
5. Quousque vita, nulla: sanguinis putredo.
6. Sectiones pathologicae nunquam a medico negligendae.
7. Studium medicinae licet amplissimum, atque difficillimum, tamen amoenissimum.
8. Concisio cataractae non minus, quam extractio, curam sistit radicalem.
9. Cibus mixtus homini a natura destinatus.
10. Lactatio nec sanitati, nec formositati matris infensa.